S. D. Nec tibi gratior Vadiane Doctiss:
credendo ut potis epigrammati praesertim cum id
priorum θεολογικῶς persuadeas De Collimitio
laudando reuertani consilium. alio in Loco de
viro absolutae eruditionis opportuniusque praedicabo.
nunc te solum in opere pomponiano Helue-
tiis tuis gratulabor qualibuscumque nugis adiectis.

Grebellium nam ex fratris indole et morum
comitate coniicique imo verissime deprehendi esse
suauiss: pudicissimaeque feminam: nunc denique cum salu-
re me iussit humaniss: quoque et candidiss: esse
experior.

Doct: Casparem Wirt Rhomae nunc non aeque
multum potentem ac sunt reliqui Rhomanenses
aulici. amauit se ille plurimum, quod vellem
per eum certior fieri, non mihi nescire potest, quid
aduersarii mei moliantur. placatine sint an adhuc
pergant ledere. petam ab eo hac per literas
certum aliquem nactus.

Tandem Erasmus huc rediit cuius aduentu
beatus mihi videor tu ni fallor nos inuises
quod nisi feceris ego priusquam viennam reuertar
isthuc me conferam.

Si quid habes pragmatum meorum, aut alibi
esse intelligis quicquid est. oro ad me mittas
Doctiss: epicedion in Max. Caes: et in eundem
Nenia, ac praeterea votum ad virginem

Sermonem meum Galli et nec lacrimis factum
valde desydero. Vale. Basileae.
VI Decem. Anno XXI.

C. Ursinus

Praestantissimo et Eruditiss.
viro D. Joachimo Vadi
ano Philosopho Medico
et Poetae Doctori
Eximio

Apud S. Gallum